



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

4 Externi veniant, si sit sententia discors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

ncentur, nec ante ex paroecia exeat; quām, quā perpe-  
trarunt, dignē emendent. Quorum excommunicati le-  
niori eorum, & proprio Episcopo significanda est; ne eos  
recipiat a, antequam illuc redeant, ubi rapinam b fece-  
runt, & ibi omnia pleniter emendent.

## QUÆSTIO IV.

**P**orrō cajus iudicium sibi experendum sit, si judices electi inter se discordare cōperint, in concilio Antiocheno, cap. 14. sic inventum diffinitum.

C. I.  
A quo sit ferenda sententia, quando  
comprobatae Episcopi dicor-  
dant.

**S**i quis Episcopus criminaliter d in iudicio Episco-  
porum fuerit accusatus, contingat autem Episcopos  
provincia, qui convenerint, diversa habere sententias,  
& alios quidem innocentem eum pronunciari, alios  
reum, propter huiusmodi controvēsiam amputandam  
placuit sancta synodus metropolitanus i Episcopum  
alterius provinciā vicinae advocari; & aliquantos cum  
eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quacunq;  
fuerint, dirimant quæstiones: propter hoc, ut firmum  
sit iudicium; quod ab unius provincia Episcopis fuerit  
promulgatum.

**G** Caput hoc in multis etiā vetustis Gratianis exemplarib; ci-  
tatur ex consilio Landiceno: In una tamen per antiquo est ex concilio  
Antiocheno, in quo ista extat, & est antiqua verio.

**I** [Metropolitanum] Gratian exemplarī hic validē diffen-  
dit ab hac verione. Nam ex his verbis colligitur concilium unius  
provinciā, in quo necesse est ad ipsius proprium metropolitanum, posse  
advocare viciniā provinciā metropolitanū, cum aliquot Episcopii  
Quod Martinus etiam Bracarense in sequenti capite, quid ex con-  
cilio Antiocheno accepti, confirmat. Graece vero locis ita habet:  
Δέος τῇ αρχῇ συνοδῷ τοῖς την περιστάλεις ἐπικονιω-  
δον τοις την περιστάλεις μεταβολής ἐπέρεις πα-  
τέοις ιμικούς τατούς τοις αρχαίοις διατάξεσσιν. Διαλογοτά-  
τοι πλειστοὶ οὐτοὶ τοῖς επαρχίας τοις πατέοις παρ-  
οντοῖς. Quod Dionysius quemadmodum etiam est in codice canonum, sic  
venit. Sancta synodus placuit, ut metropolitanus Episco-  
pus a viciniā provinciā judices alios convocet, qui con-  
troversiam tollant, ut per eos simili, & per comprovin-  
ciales Episcopos, quod iustum vistum fuet, approbetur.  
Ac sene, quod metropolitanus ad alterius metropolitanū vocacionem  
debet venire, atq; in eodem concilio duis metropolitani statuti essent,  
vix vadetur convenire.

C. II.  
Quando judices electi de sententiā inter se  
discordes existenter, de vicina provin-  
cia Archiepiscopus ad vo-  
ceatur.

Iste ex concilio Martini Papæ c. [id est,  
Episcopi Bracarensis;  
c. 12.]

**S**i quis Episcopus in aliquibus causationibus judicatur,  
& videbit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt;  
inter se iudicio discrepare; & alii videantur eum, qui iudicauit, justificare, alii condemnare, pro definitione ius-  
tis distinctione, hoc placuit sancto concilio, ut de pro-  
vincia vicina alter metropolitanus convocetur Episco-  
pus, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum  
Placuit rationem.

Nisi idem provincia primaten haberet, ad quem negotia, qua-  
per metropolitanū tenentur non valent, referenda sint:

a alii recipient, b al. rapinas; c Burch. l. 1. c. 120. Ivo p. 5.  
cap. 26. d al. de aliquibus causis criminalibus. e In capitulus  
Gloss. Graec. cap. 12.

C. III.  
Trimari deferantur negotia, que me-  
tropolitanus explicare non  
vult.

Unde Bonifacius Papa, Episcopus i Gallia.

**S**i a inter Episcopos ejusdem concilii dubitatio emer-  
serit de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis, pri-  
mum metropolitanus eorum cum aliis in concilio con-  
siderans rem dijudicet; & si non acquiescat utraque pars  
iudicatis, unde Prima regiōis interpositus audiat, & quod  
ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris contentaneum  
sit, hoc definit, & nulla pars calculo ejus valeat contra-  
dicere.

**I** [Episcopis] Sicut et emendatum ex aliquo veteri codi-  
cibus, Burchardo, Ivo & Polycarpo: Antea erat, populis. Si-  
multaneo vero huic capiti legitimi Novella 13. cap. 3-4. apud Itala-  
num antecessorem.

C. IV.  
De eodem. PALEA.

[Item Alexander Papa.]

**S**i b' metropolitanus a quoquāz comprovinciali Epis-  
copo i causa propriā appellatus eum audire disti-  
lerit, reum, in proxima synodo negotii sui habeat licentiam  
exercendi, & quidquid per e jussit a comprovincia-  
libus suis fuerit statutum, debet custodiū.

**I** [Episcopo] Burchardus & Ivo addunt, bis fuerit in  
causa, &c.

Sed si omnium comprovinciali concordis sententia fuerit da-  
mnator, manabit erga eam immobili censura.

**C. V.** q Episcopus, qui ab Episcopo sua provincia  
consonam sententiam reportaverit, ab  
alii iudicari non poterit.

Unde in Antiocheno concilio, cap. 15.

legitur.

**S**i quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus,  
qui sunt intra provinciam; Episcopis, accepit d u-  
nam, consonamque sententiam, ab aliis uterius iudicari  
non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam con-  
venientem, que ab omnibus prolatā est, firmam, ratam  
que sententiam.

Subintelligendum verò est, nisi ad iudicem majoris auctoritatis  
fuerit provocatus. Tunc enim per appellationem soluta sententia  
firmitatem non obinet.

**C. VI.** q Semel definitum retractari non licet, nisi  
ubi maior auctoritas fuerit.

Unde Nicolaus Papa ait in ep. ad Carolom regem,  
cuja in initio, [Nunguardo dolorem  
generat.]

**Q**uod a bene semel definitum est, & interpositis jura-  
mentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi for-  
tassis ubi fuerit maior auctoritas) retractari.

**C. VII.** q In renovatione iudicis, B. Petri mē-  
moria est habenda.

[Item ex concilio Sardicensi, c. 4.

**O**siris Episcopus dixit: Quod si aliquis Episcopus  
ad iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bo-  
nam causam habere, ut item iudicium renovetur, si  
vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honore-  
mus, ut scribatur vel ab his, qui examinaverunt, vel et-  
iam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima moran-  
tur, Romanus Episcopo. Et si iudicaverit renovandum  
esse iudicium, renovetur, & deiudices. Si autem pro-  
baverit talēm causam, ut ea non reficiantur, que acta  
sunt, qua detrevenerit Romanus Episcopus, confirmata e-  
runt. Si hōc ergo omnidiū placet, statuatur: synodus  
respondit: Placet.

a Polyc. lib. 5. tit. 4. Burch. l. 1. cap. 57. Ivo p. 5. c. 167. Pam. l. 4.  
cap. 22. b' Burchard. lib. 1. c. 59. Ivo p. 5. cap. 369. c' al. propter-  
d al. exceptit. e Burch. l. 9. cap. 49. Nicol. Episcopus qui in Con-  
cilio primi convenerunt. f' Anselm. lib. 2. cap. 77. g' paulo aliter  
in Graec.